

enim operatur salutem non se sola et immediate, sed per spem, penitentiam, bona opera, Sacramenta, ad quae hominem excitat. Vide canonem 3.

Nota hie obiter, hanc Apostoli sententiam extendi quoque posse ad salutem corporis; est enim generaliter vera: nam Evangelium est virtus et causa instrumentalis salutis et vite mortali future; sed et presentis, idque non solum voce, sed etiam scripto. Nam, ut docet S. Augustinus, tract. 7 in Joannem, Evangelii scriptus codex, cum agnitis applicatur, morbos eorum sanat. « Cum caput, inquit, tibi dolet, laudamus, si Evangelium ad corpus tibi opposueris et noa ad ligaturum eucuereris. » Rationem dicit D. Thomas, II II, Ques. XVI, art. 4: « Verbum Dei, inquit, non est minoris efficacie, quam reliquias Sanctorum, sed reliquias ultimarum ad salutem; ergo pro modo, immo majori, ad eamdem licet uti verbo Dei scripto, sive Evangelio. »

Atque hinc oria est consuetudo fidelium, ut Evangelium S. Joannis contra venena, veneficia, morbos aliquaque incommoda gesticent et circumferant. Verum Apostolus proprie non de corporali, sed de spirituali salute hic loquitur, quam conciliat Evangelium non solum voce et predicatione, quod proprie hic intendit Apostolus, sed etiam scripto. Hinc de B. Cecilia caminus: « Virgo gloriose semper Evangelium Christi gerebat in pectore. » Nimirum ut per illud conciliaret sibi fortitudinem ad martyrium, atque ad maritum, aliosque fideli hostes ad finem convertoverat: quod et factum est. Hinc etiam in Vita S. Barnabae Apostoli legitimus, illius corpus repertum fuisse sub Zenone Imperatore in Cypro, habens ad pectus Evangelium S. Matthei, ipsius Barnabae manus scriptum: videtur enim Barnabae Evangelium hoc secum sepeliri voluisse, ut illud haberet quasi pignus celeste resurrectionis Evangelio promissae. Verum Apostolus, ut dixi, de Evangelii non scriptura, sed predicatione hic loquitur.

JUDEO PRIMUM (quia primum ac potissimum a Christo et Apostolis, Matth. x, 5, ammiratum est Evangelium Iudeis, quibus promissus erat Christus) et (id est deinde) GREECO, — id est Gentili: qui enim, Graeci post Alexandrum latissime linguanum cum regno propagarunt. hinc Graecus idem est quod Gentilis. Ita S. Augustinus, epist. 200.

Nota: Copula et hic significat deinde, vel secundo: opponitur enim <sup>et</sup> primum. Vide Can. 25(1).

17. JUSTITIA ENIM DEI IN EO (Evangelio) REVELA-

(1) a Hoe et sequenti commate 17, sit Rosenmllerus, continetur primaria thesis quam in dogmatica hujus epistole parte tractat Apostolus, quae est hec: Religio Christiana esse auxilium efficacissimum perduendi quosvis homines, qui cum eucyptant, sive sint Iudei, sive Pagani, ad veram felicitatem et eternam salutem, nec ad eam regi opus esse angustius Iudasino, n.

TUR. — Quæres quænam hic intelligatur *justitia Dei*.

Respondent Origenes, Ambrosius et Chrysostomus, intelligi illam qua Deus in se justus est, scilicet qua justus retribuit justis premium, impieti et iniusti supplicium, ut vult Origenes; aut, ut Ambrosius, qua in se justus, id est verus est in promissis; aut, ut Chrysostomus, qua in se justus, id est bonus est et benignus hominibus proper Christum.

Secundo, Theodoreetus: Justitia Dei, inquit, est illa, qua Christus ex rigore justificare Patrem propriis satisficerat.

Tertio, genuine et apollissime, S. Augustinus, lib. De Spiritu et Litt., cap. ix: Justitia Dei, inquit, est justitia divina, non Iudaica, non philosophica, quia scilicet nos Deus justificat per Christum, quem revera in oculis Dei justos facit: haec justitia revelatur et clare docetur in Evangelio Christi. Simili modo summittit « salus », Psal. m, 9, ubi dicitur, « Domini est salus, » qua scilicet salvos nos facit, q. d. Domini est salvare et dare nobis salutem.

EX FIDE IN FIDEM. — Primo, S. Anselmus hoc tricliniter exponit: primo, ex fide unius Dei, in fidem Trinitatis; secundo, ex fide primi adventus Christi ad salvandum, in fidem secundi adventus ejus ad iudicandum; tertio, ex fide humanitatis Christi in fidem divinitatis.

Secondo, S. Augustinus, lib. De Spiritu et Litt., cap. xi: Ex fide, inquit, predicanum, in fidem audientium et credentium.

Tertio, S. Thomas: Ex fide in fidem, id est, ait, per fidem Christi in omni etate necessarium ad salutem, q. d. Ex fide patrum, in fidem ne-potum.

Quarto, S. Ambrosius: Ex fide, inquit, promittens Dei, in fidem hominis credentis Dei promissae.

Quinto, Theodoretus et Oecumenius: Ex fide, inquit, rerum praeteritarum in Christo, in fidem rerum futurarum in nobis.

Sexto, apollis Origenes, Chrysostomus, Theodoreetus et Toletus: Ex fide, inquit, veteris Testamenti obscura, in claram fidem novi Testamenti, ad quam vetus illi nos ducit quasi paedagogus.

Septimo, Beda: Ex fide, ait, hic obscura, in fidem, id est in claram visionem in celis. Sic et S. Augustinus, lib. II Ques. Evang., cap. xxxix.

Octavo, et apollissime, Theophylactus, Oecumenius, Adamus et Pelerius: « Ex fide, » inquit, incipiente et imperfecta, « in fidem » proficiunt, perfectam, charitate formatam, simili modo augescit, vel in se intrinsecus, vel extrinsecus per charitatem in virtutes alias, quas fides exstat, q. d. In Evangelio revelata vera justitia, quæ est et proficit ex fide in fidem, id est, quæ inicit, alius, augescit per fidem indies crescentem, donec credentem ad salutem perducat, quæ Evangelii est virtus, ut praecessit. Et hic sensus op-

time coheret ei quod sequitur: « Sicut scriptum est, justus autem ex fide vivit; » ut ibi patebit: esthe hebraismus hic simplicissimum et creberimus. Sie enim Hebrei significans rei profectum et argumentum, per geminationem rei mediante prepositione in; ut Psal. lxxxiii: « Ibunt de virtute in virtutem, » id est, ibum in profectum et argumentum omnis virtutis. Simili sensu, II Cor. n, 16, vocatur « odor mortis in morte, et odor vitae in vita. » Et cap. II, vers. ult.: « Transformamur, inquit, a charitate in claritatem, » id est in maiorem claritatem. Sic in hac epist., cap. VI, 19: « Exhibuius, inquit, membrum vestrum servire iniquitati ad iniquitatem, » id est ad incrementum iniquitatis, ut de scelere rueritis in seculo. Eadem phrasis alibi passim occurrit.

SICUT SCRIPTUM EST (Habacuc II, 4): JUSTUS AUTEM EX FIDE VIVIT, — q. d. Vita gratiae, qua vivit justus, primo, incipit a fide sola; secundo, crescit et perficitur fide, licet non sola, sed crescente ad fidem vivere gratiae et charitatis, per observationem mandatorum, ut ea facias, quae fides iubet. Nam aliquin implicat vivere sine vita, aut fide viva. Sicut ergo dicitur Proverb. IV, 23, quod ex corde vita procedit, id est quod homo ex corde vivat et vitam hauriat, quia scilicet cor est radix vitae, estque in homine primum vivens et ultimum moriens; per hoc tamen non excluduntur cerebrum, pulmo, jecur, stomachus et cetera, quin ex his quoque vivat et vitam suam hauriat homo: ita pariter dicitur quod justus ex fide vivat, quia fides est initium, radix et quasi cor vita spiritualis gratiae; per hoc tamen non excluduntur spes, charitas aliquea virtutes, quin ex iis quoque vivat justus. Vide can. 2 et 3.

Citat hic Paulus Habacuc prophetam, qui cum cap. I, queritur quæstus fuisset de prosperitate impiorum, quod scilicet impi Chaldae in victoriis et imperiis essent fortunatissimi, ideoque populo Dei, id est Iudeis, tyrannice dominarentur, quodque Deus populum suum pium et fidem, adeoque res humanae negligere videretur; respondet ei Deus, cap. II, se brevi ostensurum suam providentiam et iudicium, misurum scilicet se Cyrus, qui Babylonios impios subigat et everat, Iudeos pios liberet et salvet, ut recte ibidem annotavit Antonius Guevara, et patet ex vers. 5 et seq. Sub Cyrus vero allegorice intelligit Christum, eumque hi praecipue significare intendit Spiritus Sanctus, qui Babylone, id est regno impietatis et diaboli everso, inde veros spirituales Israelitas, id est fideles Christianos, eruct et salvabit: « Si moram, inquit Habacuc II, 3, fecerit, exspecta illum: quia veniens veniet (scilicet Deus iustus judex et vindicta, tam impiorum, puta Babyloniorum, quam piorum et fidelium, puta Iudeorum, per Cyrus, et longe verius per Christum), et non tardabit. Eece qui incredulus est, non erit recta anima ejus in semetipsa: justus autem in fide sua vivet. » Hæc enim verba allego-

rice de Christo explicat S. Paulus, Hebr. x, 37, dum eos ad constantiam in fide ex Christi secundè ad iudicium adventu, adhortatur: « Adhuc modicum, inquit, et qui venturus est Graecus εἰπεῖται, veniet, » etc. Solet enim Christus dici εἰπεῖται, id est venturus, ut veritatem noster Interpres: ut patet Apoc. I, 4; Matth. XI, 3; Joan. I, 15; Acto. XII, 4.

Hinc sequitur, primo, Habacuc loqui de fide generaliter, quia Deo quavis in re creditimus, quaque proprio credebat Iudei Deo per Habacuc alios Prophetas, promittunt liberationem et captivitatem Babylonica per Cyrus. Hac enim fide in Deum, quilibet justus pietate, sancte, pacate et divine vivere incipit, pergit et proficit; dum in quavis tribulatione et miseria, hac fide et spe in Deum, vitam animæ sustentat, conservat et admet. Dicit ergo: « Justus ex fide vivit, » q. d. Qui incredulus et iniustus est, Deo dispicet, ac consequenter vera, recta, pacata et felici vita fidei, gratiae, justitiae presentis et gloriae future non vivet, quia non habet infensum; et quia non in Deo, sed in hominibus et in humanis pressidis, rebusque creatis spem metumque suum ponit et desigit; hinc inquietus erit, misere vivet, iisque somper agitabitur: fidelis autem et justus, qui creditur Deo mesquis hisce ex Deo prophetis de liberatore Cyrus et ejus antitypo Christo, hic vivet vita recta, suavi, quieta, felici, sancta et imperturbata; quia in Deo, qui vera est vita, Deique promissio per fidem et spem defixus, Deo charus Deoque cura erit.

Sequitur secundo, quod Apostolus hanc sententiam Prophetæ, « Justus ex fide vivit, » recte applicet fidei in Christum: tum quia fides vera est in Christi. Deus sanxit fidem veram esse fidem in Christum redemptorem; tum quia fides de Cyrus representabat allegorice fidem de Christo. Intentid enim Spiritus Sanctus per Cyrus, Cyrius liberatorem rem representare Christum, Christique redempcionem quia suis fidelibus Christus vitam, justitiam, gratiam et gloriam impedit; adeo ut in Christo verissima sit hec sententia, « Justus ex fide Christi » vivit.

Sequitur tertio, perinde esse, sive leges absolute cum Paulo, « Justus ex fide vivit, » sive leges, « in fide sua, » uti habent Hebrei, Aquila, Symmachus et Theodosius; sive leges, in fide mea, uti vertunt Septuaginta; legerunt enim ipsi in Hebrew בָּרוּךְ תִּהְיֶה emunati, cum aliij legant בָּרוּךְ תִּהְיֶה emunato, id est in fide sua. Nam fides que in seipso fides est, nostra est subjective, quia nobis vel inheret; Dei vero est objective, quia Deum habet objectivo. Credit enim Christum esse redemptorem, quia Deus hoc dixit et revelavit.

Sequitur quartu, Habacuc loqui de vita non corporis, sed animæ; non naturali, sed supernaturali, gratiae scilicet et justitiae, quia justus, quantum justus est, vivit. De illa enim hanc Prophe-

Locus  
Habacuc  
cap. II  
illustratio-

Allego-  
rize  
guitar  
Habacuc  
de Chris-  
to.  
to.

Vita sp-  
irituali-  
et apol-  
naturali-  
causatio-

nos pro sententiam explicat S. Paulus hic, imo Propheta mitteret ipse : opponit enim haec duo, scilicet « vivere, » quod tribuit justo et fidei, et « non habere rectam animam, » sive displaceo Deo, quod tribuit incredulo et injusto : ait enim : « Qui incredulus est, non recta erit anima ejus in semetipso, » pro quo Septuaginta vertunt, non placet (id est displacebit) anima mea ; justus autem in fide sua vivet. Ergo a contrario per vivere intelligit habere animam rectam, qua placet Deo; ita scilicet, ut exinde a Deo tanquam amico et benevolo audeas sperare openi, liberationem et salutem, tum corporalem per Cyrum, tum potius spiritualem per Christum.

Sequitur quinto, Ilabacae et Apostolum Iohannum de inchoatione vita supernaturalis, seu de prima justificatione, quare de secunda justificatione, seu de incremento justitiae et vita spirituali, ut potebat ad Hebreos x, 38.

Est enim haec sententia, « Justus ex fide vivit, » generalis et universalis, pertinet tam ad Iudeos, quam ad Christianos; tam ad peccatores, qui primo justificantur, quam ad eos qui jam justificati sunt. Omnis enim horum vita spiritualis incipit, conservatur et crescit per fidem. Licit Ilabacae hanc sententiam ad litteram applicet Iudeos in Babylonem captivis, credentibus Deo promittenti Cyrum liberatorem; tamen afferat eam quasi generalem sententiam, et communem quadam axioma aut proverbium: quod proinde recte a Paulo Christianis quoque applicatur. Addit, Iudeos illos fuisse typos Christianorum. Rursum, Iudeos, per fidem illam suam dicunt, non tantum conservatos esse in vita gratiae et justitiae, accepte, sed per eamdem fidem inchoasse et disponuisse se ad hanc vitam, si necendum erant justificati. Credendo enim et sperando in Deum liberatorem et protectorem, sensim accedebant ad Deum, sequi dispensabat ad Dei gratiam et amicitiam, praeferentes accedente fide Christi, qui paulus his admirabat. Quare recte Ilabacae hanc sententiam tam justis iam, quam justificandis adhuc applicat. Simili modo applicat utrisque illud Genes. xv: « Creditur Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam, » ut dicam cap. iv, vers. 3.

Denique cum in Hebreo dicatur, « Justus in fide sua vivit, » id sua significat causam tam inchoationem, quam conservantem vitam; sensus enim est: Justus in fide sua vivere pergit, uti in eadem vivere coepit. Sic dicimus: Animal calore suo vivit, id est vivere pergit, uti coepit. Hic homo in sua turpitudine vivit, id est vivere pergit in eadem turpitudine, in qua vivere coepit; cadem, inquam, gesserit, licet in individuo, imo in specie alia et alia sepe sit turpitudine, in qua vivere pergit ab ea, in qua vivere coepit. Eodem modo, « Justus in fide sua vivit, » id est justus, uti coepit, ita pergit vivere in eadem fide, eadem, inquam, quod objectum formale et genericum,

quod est credere Deo, licet quod objecta materialia et specifica, alia sepe sit fides que inchoat, alia que continuat vitam gratiae et justitiae. Fides enim que inchoat justitiam, proprie et proxime est fides in Christum redemptorem; fides vero quae justitiam continuat et auget, quilibet alia potest esse fides, uti hic erat fides, qua Iudei credebant Deo promittenti libertatem per Cyrum. Generice ergo verum est, « Justus in sua fide vivit, » id est iustus credens et sperans in Deum, incipit vivere spiritualiter, incipit habere rectam animam, qua placeat Deo: ac rursus persens et proficiens in vita spirituali, pergit pariter et proficit in vita spirituali, in recitatione et justitia anime, in gratia et amicitia Dei, ut magis magisque Deo placeat (1).

18. REVELATOR ENIM IRA DEI DE COELO SUPER OMNIA IMPINETAT ET INJUSTITIAS HOMINUM EORUM, QUI VERITATEM DEI IN INJUSTITIA DETINENT (2). —

(1) Rosenmüller huc est totius vers. 17 interpretatio: Nam per illud (Evangelium) manifestatur beneficium divinum (salutem per Messiam), quod tributatur propter fidem credentibus, ut (in hoc etiam re valeat illud quod) scriptum est: Pius per fidem (promissio) salvabitur. Est igitur in his verbis etiologia committit 16; causa nempe indicatur, cur religio Christiana agnoscenda sit pro efficacissimo salutis adjumento. *Justitia*, ut Hob., *תִּצְדָּקָה*, sepe significat *favorem*, *beneficium*. Intelligitur illud beneficium quo Deus credentibus peccata remitti gratia, propter Christum, non ob legis Mosaicam observationem, seu hominum salus et redemptio per Messiam. Genius Dei indicat eum a quo proficiatur et tributatur illud beneficium. *Fidem*, quae ex parte hominis requiriatur, est fiducia in promissionibus divinis respondentia, patet ex loco Ilabacae, qui statim additur (conf. Rom. in, 20 seqq.). Opponitur portioni Iudeorum, qui se propter sua merita et Iustitiam observationem, consequi possent *justitiam Dei* putabant; quia opinio in sequentibus refellit. *Credentibus*, seu in *credentes*; sic Gal. iii, 23, fides sumitur pro *credentes*, ad similitudinem vocum *אֶמְנָה* et *πίστις*. *Salvador*, seu *felix*, *satus erit*, quae vivere ex hebreismo sicut nota. Locus est Ilabac., n. 4. Quod ibi Propheta de liberatione Iudeorum Deo confidens ab invasione Babylonica scripsit, id potiori jure de salute eterna, quam Dei omnibus Christi credentibus collatorum est, dici potest.

(2) Inquit hic ipsa tractatio. Et primo quidem Apostolus describit totius rei generis humani contagionem moralum, seu prolapsione in vita morumque depravatione pessimum. Inquit scelerum et flagitorum accusant atque convincuntur a Pagani inde a vers. 18 usque ad finem cap. 1; b) Iudei, cap. ii, quos illi nihil meliores esse dicunt, cap. iii, 1-19; c) utriusque, cap. iii, 20-28. Argumentatur: Apostolus *calumniam rhetorica* illius formis, quae est in consequentibus, ita: Neque Pagani *religione naturali*, neque Judei *Mosaicae*, ad inenundam vita recitationem et perficiendum salutem feci potuerunt: ideo *ἀναρρώσην θεού*, melior, et procurans generi humano saluti accommodator ratio, per quam optabili, et quam omnes ingredientia dignissima est. Exorsum autem ita argumentationem, ut *prima* generaliter moneat, Deum connectere malum cum sui contemptu eorum hominum, qui veritatem, quam edoceri potuerint, reprimant atque infirmant: *deinde* doceat quaque dedisse Deum pagana certa administrationa *tum cognitionis, tum actionis*; proxime admovisset ipsi et sui cognoscendi

« Eamponitur pro *autem* 17, id est, ait Mal- donatus in *Notis manuscriptis*. Verum melius pro prius et causaliter accipias. Nam probat hic Apostolus id quod dixit, scilicet quod Evangelium sit virtus Dei in salutem omni credenti, quodque justitia Dei in eo revoluta: id est, probat Christum Christique Evangelium et fidem, necessaria esse ad justitiam et salutem. Quod hoc probare intendat, patet ex voce causalitatem, quae significat eum hic afferre rationem et causam eorum que immediate ante dixerat, q. d. Recit dixi justitiam veram revelari per Christi Evangelium, illudque esse virtutem Dei in salutem: quia e contrario revoluta tunc in eodem Evangelio, tum experienti, tum maxime revoluta in die iudicii impetrata et injustitia hominum infidelium; revoluta, inquam, omnes homines, qui fide Evangelii destituti fuerunt, veritatem Dei in justitia detinuisse, ideoque esse peccatores, impios et injustos, ac consequenter Dei ire et vindicta externe obnoxios esse. Ita S. Chrysostomus, Theodoretus et Cœmenius.

Est haec sententia Apostoli, quasi thesis ejus generalis, primumque principium, ex quo probat omnes homines, utpote peccatores, indigneos ad Christum redemptorem, Christique Evangelio et fidem. Hanc autem thesim probat inductione; scilicet omnes Iudeos sine Christi fide, veritatem Dei in justitia detinuisse, esseque peccatores probat cap. seq.; omnes vero Gentes, veritatem Dei in justitia detinuisse, esseque peccatores irae Dei obnoxios, probat hic versibus seq., ex eo quod omnes coluerint idola; omnes, inquam, non solum simplices et plebeii, sed etiam sapientes et Philosophi, quos maxime et acerrime hic insectat. Indeque cap. iii, vers. 23, concludit, omnibus tam Iudeis quam Gentibus ad justitiam et salutem omnino opus esse fide et gratia Christi, qui est scopus totius hujus discorsi Paulini, adeoque totius hujus epistole.

QUI VERITATEM DEI IN INJUSTITIA DETINENT. — Noi: Non ait: Qui veritatem Dei in errore et ignorantia detinent, licet et hoc verum fuerit; nam homines ante Christum multos errores Deo affinxerunt, uti Deum esse corporeum, agere fato, non curare res humanas; sed ait Paulus: « Qui veritatem Dei detinent in injustitia, » quia scilicet homines plerique ante Christum, licet agnoscant eam, non rur sit veritatem Dei, scilicet unum esse Deum verum, sive seipsum Gentibus manifestasse per lumen non tantum naturale, sed etiam supernaturale, quasi sine lumine supernaturale et sine fide non poterent Gentiles per solum lumen naturae agnoscere unum esse Deum verum. Sed hodie est praeter mentem Apostoli et Patrum, qui assertunt Deum Gentibus se manifestasse per creationem et res creatas. Ex illis enim Gentiles per lumen naturae Deum creatorem agnoscere potuerunt.

(1) Vers. 19, *Quod notum est Dei*, id est cognitio Dei, nam amat Paulus adjectiva neutraria generis loco substantivorum. Alii vertunt *as cognoscibile Dei*, id est, *quod deo ex natura cognoscere potest*.

Sine lumine supernaturale potest ratio venire in cognoscendis rerum natura.

Dei, contra Aeneanum.

Ex creaturis potest.

nam umbras.

runt et debuerunt. Adduct aliqui, « in illis » id est, inquit, in ipsorum anima et mente, adeoque toto homine maxime reliuet et cognoscetur. Dei virtus et maiestas; est enim homo speculum et imago Dei. Sed hoc arctius est. Subdit enim Apostolus a creatura qualibet generatio cognosci posse creatorem.

20. INVISIBILIA ENIM IPSIIS A CREATURA MUNDI PER  
EA QUE FACTA SUNT, INTELLECTA CONSPICUNTUR, SEM-  
PERITA QUOCUMQUE EJUS VIRTUS ET DIVINITAS. — Quae-  
res, quānam sunt huc *invisibilia Dei*, et quā est  
Dei virtus et divinitas?

Dei virtus et virtutum.  
Respondeo primo. **Origenes**: Dei «invisibili-  
tate», inquit, sunt angeloi; «virtus» Dei est pot-  
tentia, qua Deus regit omnia; «divinitas» est  
essentia Dei, quae continet universa. Verum de  
angelis hic nullus est sermo, sed tantum de Deo:  
procecessit enim, «Quod notum est Dei; » et se-  
quitur: «Sempiterna quoque eius (scilicet Dei)  
virtus et divinitatis.»

Secundo ergo, S. Thomas haec tria sic explicat et distinguit: «invisibilitas», inquit, Dei est essentia divina invisibilis, quo cognoscitur per viam negationis; «virtus» Dei est potentia Dei, quo cognoscitur per viam causalitatis; «divinitas» est esse ultimum finem et summum bonum, quo omnia tendunt, quod cognoscitur per viam excellentiæ. Verum haec subtilior quam solidior est expositiæ: nam divinitas non est aliud, quam tuit et debet.

A CREATURA MUNDI PER EA QUA FACTA SUNT, INTELLECTA CONSCIVINTUR. — Per creaturam mundi Anselmus intelligit hominem, qui dominus est, participium, nodus et vineulum omnis creatura. Homo enim ex seipso, sive quisque partibus et potenter tam corporis quam anime, vel maxime cognoscere potest creatorum suum Deum.

Secundo, planius, generalius et melius Chrysostomus, Theophylactus et S. Augustinus.

*Tertio*, S. Ambrosius, lib. II *De Spiritu Sancto*, cap. ii, et Cyrilus, lib. I *Thesauri*, cap. v, et Anselmus hic sie explicant: «Invisibilis » est Pater invisibilis, « virtus » est Filius, « divinitas » est divina beatitas, que tribuitur Spiritui Sancto. Sed hoc est accommodatum: nam ad litteram, creaturem est Philosophos ex creaturis non cognovisse SS. Trinitatem; aliae sine fide, lumine ac revelatione supernaturale eam non posse cognoscere; datum tamen fide, potest homo in creaturis advertere vestigia quadam et quasi umbras SS. Trinitatis. Quod ergo Platonicus de Deo et de Verbo obsecraret et tenuiter cognoverunt, quodque dixit Trismegistus: « Monas genuit monadem, et in se reflexit ardorem, » q.d. Pater genuit Filium, et secundum reflexe amando spiravit Spiritum Sanctum, et secundum totum a Mose et Hebreis didicierunt, ut docet Euzebius, lib. X *De Preparat. Evangel.*, cap. i, lib. XIII, cap. x: hinc et Plato vocatus est Moses Areticus.

Dico ergo: « Invisibilia » Dei sunt attributa Dei spiritualia, ut esse eternum, immensum, omniscium, optimum, maximum; « virtus » Dei est potentia, per quam Deus omnipotens omnium rerum causa est efficientis, regens et providens; « divinitas » est essentia Dei et maiestas, sciencia Deum esse primum eum perfectissimum, a quo omnia pendunt, a quo omnia bona expelinuntur et malia omnia averteruntur; Deum esse ultimum finem omnium rerum et spem, maxime humana.

COMMENTARIA IN EPISTOLAM AD ROMANOS, CAP.

non tamen definitives prouersis quid sit : ita quo de ipso sit, vides, sed non ipsum. Cum autem de eo quem non vides, cetera vides, scis indubitanter existere quem oportet inquirere : ut inquirentem non fraudet gratia, ignorante negligientia non excusat. Verum hoc videndi genus commune. In prompta enim est iuxta Apostolum, omni usenti ratione invisibilia Dei per ea que facta sunt, intellectu conspicere. » Hinc idem, lib. *De Interiori domo*, cap. xii et xiii, docet quod specimen ad videndum Deum sit animus intluens seipsum : « Frustra, inquit, oculum cordis erigit ad videndum Deum qui nondum idoneus est ad videndum seipsum. Prius enim necesse est ut cognoscas invisibilia spiritu tui, quam possis esse idoneus ad cognoscenda invisibilia Dei. Et si non potes cognoscere te, non presumes apprehendere ea quo sum supra te. Precepimus et principale speculum ad videndum Deum, est animus intluens seipsum.

bonitate ac potestate continevit, nisi ipsa totius mundi innenabili pulchritudine, et innenabili beneficiorum eius dives et ordinata largitio? per quam humanis cordibus quedam eternae legis tabulae prebebantur, ut in paginis elementorum, et voluminibus temporum, communis et publica divinae institutionis doctrina legeretur. Caelum ergo, mare, terra et omnia que in eis sunt, consono speciei sua ordinationeque concentu protestabantur gloriam Dei, et predicatione perpetua majestatem suu loquebantur auctoris : Et tamen maximus hominum numerus hanc rationem non intellexit, » etc. Hinc vere et pie S. Augustinus : « Celi, inquit, et terra clamant, Domine, ut amemus te; » et, « Peccatis nos, Domine, at te, et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. » Ita ipsis, lib. *I Confess.* I.

21. CUM COGNOSCIENT DEUM, NON SICUT DEUM VERA GLORIFICAVERINT, AUT GRATIAS EGERUNT (Deo pro sapientia fabris, cuiusque etiam ratione) *Deo pro sapientia fabris, cuiusque etiam ratione*

Secundo, ex hoc loco, et ex *Sapient.* XIII, 5, patet naturali lumine cognoscit posse Deum esse unum, esse liberum, habere providentiam non tantum universalis, sed cuiusque hominis in particulari. Tali enim soli agenda sunt gratiae ad unoquinque, quod hic urget Apostolus, vers. seq. Ita S. Chrysostomus, Ambrosius, Beda, Anselmus et S. Dionysius, cap. vi de *Dicitu Nominis*, et S. Augustinus de *Spiritu et Litt.*, cap. XII.

Secundo, ex experimentis in sua cogitationes mundi fabrica, sicutque ad rerum omnium ad suum usum creatione et conservatione, sed evanuerunt (græce ἐπανεύνονται, id est, vana et inane res) in COGITATIONIBUS. — Graecē διάρρηξις, id est disquisitionis et discursibus, quos ex creaturis deo creatore fecerant; quia scilicet, his relatis, ad vana idola, que non erant Deus, colenda deflexerunt. Ita S. Chrysostomus, Origenes, Theodosius.

et 3. Augustinus *De spiritu et luce*, cap. xii.  
Idem experientia ipsi didicerunt et docuerunt  
ipsim patrem Gentiles nam Trismegistus dixit mun-  
dum esse librum divinitatis et speculum divino-  
rum, in quo nimirum Deus seipsum, quasi Apel-  
lus summus, clare expressit et depinxit. In hoc  
libro non solus studuit S. Antonius, ut de eo tes-  
tatur Athanasius, aliquis eremii incole: nec sola  
S. Bernardus, S. Franciscus aliqui Sancti; sed  
Scorpius, « evanuerunt » in sua cogitatione et cognitione Dei, quia finem et fructum cognitionis  
Dei, qui est actio (de qua re pulchre S. Bernardus  
dissertat serm. 36 in *Canticis*) honesta et cultus Dei,  
non sunt assecutati. Hinc « et obsecratus est inspi-  
iens cor eorum, » adeoque stulti facti sunt, quia  
veram sapientiam, quam in pax et pietate con-  
sistit, responderunt, et statuisse idola pro diis  
habuerunt et coluerunt.

*Tertio*, ex S. Augustino Anselmus, « evanue-  
runt, » inquit, id est superberunt haec Dei cogni-  
tione. Sed primum sensus est optimus, et hoc loco  
genius. Ita enim seipsum explicat Paulus,  
vnde ad.

enim enarunt gloriam Dei. »Ecce etiam est nubes colorum, quam predicabat Pythagoras. Unde Philo, lib. *De Unitate Dei*, ad duplices tempora mundum vocat *Dei templum*: «Dei, inquit, tempus alterum, summum verumque existimandum est, mundus scilicet his universis, cuius sacramentum sit celum, in tota rerum natura prestantissimum; donaria vero sibi sidera; sacerdotes et editui sint potestates angelicae, ratione sinceritatis unitati similes: alterum vero templum est manufactum», etc. Vide haec de re pulchre disserendum S. Chrysostomum, hom. 9 ad *Popul.* et S. Basilium, in princip. *Parabol. Salomonis*; Anselmum lib. *Bernardum, initio lib. V De Consider.*; auctorenam *Soliog.*, cap. xxxi., tom. IX operum S. Augustini, et Prosperum, lib. *De Vocat. Gent.* cap. t., qui liber falso adscribitur S. Ambroso: «Quod est, inquit Prosper, testimonium, quod super Dominum deserviuit, et unquam de eius vers. 23.

23. MUTAVERTERUNT GLORIAM INCORRUPTIBILIS DEI, IN VER. 23. SIMILITUDINEM IMAGINIS CORRUPTIBILIS HOMINIS, ET VOLVREM, etc. — q. d. Hi sophi, ceci et stulti, glorirosum divinitatis nomen, adorationem et confessionem, quo Deus immortali prestare et exhibere debet, converterunt et collocaverunt «in similitudine (Graecum enim εἰμίσημα potest proprie capi pro in similitudine), vel, «in similitudinem (capiendo pro πρό εἰς, uti sepius patitur), sive assimilationem «imaginis hominis», id est in imaginem hominis, non naturalem, sed arte factam et assimilatam, q. d. Idola pro Deo coluerunt hi sophi. Ila S. Chrysostomus, Theophylactus et Eumenius. Quare non recte Erasmus et Beza sic exponunt, «in similitudinem vel assimilationem: quia, inquit, Gentiles assimilarunt Deum incorporeum rebus corporeis, puta homini, bœvi, θεοντοῖς, quia in horum

... eis Cetam  
terra d  
cent m  
ne amore  
s: Dei

Vers. 3  
Sapientium huius mundi  
di stultitiae et vanitatis.

Santos

Vers. 2



nis, et ob hanc male audit Sappho. De his agit impurissimus Lucianus, dialog. *Clonarium et Leonum*. Ille invitus licet scriptis ad hoc, ut sciant confessarii quanta sit libidinum vorago, sciantque feminas quoque, ut viros, peccatum molliet committere, ut Galenus, medici et experientia docet; et siue illud in se exercent, ita et in aliis idem exercere modis infandis.

MERCEDES (quam oportuit) EPIS. OS SUI IN SEMI-  
IPSES RECIPENTES. — Pro mercede, græce est ἀν-  
αμβολή, id est recompensationem, sive mercedem pro meritis; ut quia contra naturam ordinem cum ignominia creatoris, eo relatio ad creature idolatriam se converterunt, hac de cause justa a Deo permisit naturae ordinem pariter in actu generationis invertere, et pudenda libidine se dederare. Ita Anselmus.

Porro idolatriam esse causam libidinis et obsecutias, docet quoque Sapientia, cap. iv, vers. 12: « Initium, inquit, omnis fornicationis est exquisitio idolorum, et adhuc inventio illorum corruptio vita est; » idque primo, quia idola illis ceremoniis colebantur, quia ad omnem obscenitatem homines impellerent, ut patet ex sacris Priapi, Veneris, Bacchi. Et hoc permittente Dei in suppliūm idolatriæ, ut ait hic Paulus. Secundo, quia idolatria, ut sit hic Ambrosius. « Deum incuriosos colentes, atque per hoc negligendam, magis hebeti sunt, et ad omnia mala admittenda facti promptiores. » Exardescit enim concupiscentia, cum vindicem non timeat Deum. Quis autem timeat Deum lignum, aut saxum? Tertio, quia, ut ait S. Athanasius, orat. *Contra idola*: « Idolatria instituta est desiderio eorum qui stupris et propudiis pleni, figmentis reprehensantibus. » Jupiter enim adulterum cum ut Deus collitur, quis non putet literè, immo pulchrum esse adulterari, quod ea in re deo suo similis sit? Adudit S. Athanasius: « Et tunc omnes civitatis omnibus libidinibus sculent, ob immanitatem monrum quam in suis diuis conspiciunt; neque est in hoc genere deorum quem castum appelles. Olim certe Phenisiæ mulieres ante idola prostituebantur, dedicantes munimbris suum questum, persuase meretricatu ea propitiari, ac prosperitatem rerum inde nasci. » Idem faciliuntur virginis Babylonicae, Syriæ, Medæ, Persicæ, Lydie et aliæ, ut dixi *Boruch* vi, 42. Pergit S. Athanasius: « Viri quoque, abdicato sexu, nec se amplius marres esse ferentes, mulierum naturam affectaverunt, tanquam ita honorifica grataque matri deorum facturi essent. Omnes autem in turpissimum vivunt, et certamen inter se pravitatis suscipere videntur, et, ut dixit S. Paulus, Mulieres eorum mutaverunt usum. »

Nota: « Reprobum sensum » vocat Paulus improbat et perversam mentem, que probat non probanda, et probanda improbat ex reprobato (hoc enim est Graecum ἀδεξαντία), v. g. que judicat et probat mollietatem, fornicationem, vindictam,

dixerit Lutherus, concubinum homini tam necessarium esse, quam cibum, et passim apud Novantes personat hoc axioma, easitatem esse impossibilem, quia vere Luthero et hereticis impossibilis est. Vere ergo dixit S. Hieronymus, lib. II *Comment. in Osee* cap. ix: « Difficile est inventire hereticum qui diligit castitatem, etiam si eam verbis commendet et pra se ferat. »

Secundo, quia heresis et infidelitas oritur ex superbia, superbia autem prima est libido, sicut humilitatis præmium est castitas. Unde efficacissimum remedium ad castitatem, est humilitas. Hæc enim justa est Dei ordinatio, ut si mens Deo, et iis, quibus debet, se subdat, etiam sibi subditum habeat corpus suum: sin Deo Deique vicarius subdi nolit, etiam corpus suum sibi sentiat rebellē, ut pulchre docet Gregorius, lib. XXVI *Moral.*, xii: « Sic, sic, inquit, elati justi fuerant retributione feriendi, ut, quia superbioris se hominibus prefererunt, luxuriantio usque ad jumentorum similitudinem devolvuntur; homo enim eum in honore esse, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, etc. Inthus ergo videt Deus, quod mentem elevat, et idcirco permitit foris invalescere, quod deponat; ergo per humilitatis eustodium servanda est munditia castitatis. Si enim spiritus pio sub Deo prematur, caro illicite supra spiritum non levatur: et contra. Unde et primus ille inobedient Adam, mox ut superbioris facti promptiores. » Exardescit enim concupiscentia, cum vindicem non timeat Deum. Quis autem timeat Deum lignum, aut saxum? Tertio, quia, ut ait S. Athanasius, orat. *Contra idola*: « Idolatria instituta est desiderio eorum qui stupris et propudiis pleni, figmentis reprehensantibus. » Jupiter enim adulterum cum ut Deus collitur, quis non putet literè, immo pulchrum esse adulterari, quod ea in re deo suo similis sit? Adudit S. Athanasius: « Et tunc omnes civitatis omnibus libidinibus sculent, ob immanitatem monrum quam in suis diuis conspiciunt; neque est in hoc genere deorum quem castum appelles. Olim certe Phenisiæ mulieres ante idola prostituebantur, dedicantes munimbris suum questum, persuase meretricatu ea propitiari, ac prosperitatem rerum inde nasci. » Idem faciliuntur virginis Babylonicae, Syriæ, Medæ, Persicæ, Lydie et aliæ, ut dixi *Boruch* vi, 42. Pergit S. Athanasius: « Viri quoque, abdicato sexu, nec se amplius marres esse ferentes, mulierum naturam affectaverunt, tanquam ita honorifica grataque matri deorum facturi essent. Omnes autem in turpissimum vivunt, et certamen inter se pravitatis suscipere videntur, et, ut dixit S. Paulus, Mulieres eorum mutaverunt usum. »

Ille patet infidelitas, impietatis et heresies panam esse monstruosas libidines, atque hujus rei causa est: *Primo*, quia u' i non est fides, ibi non est gratia Dei; ubi non est gratia Dei, ibi non est castitas, sed omnis concupiscentia: ut merit

abrietatem esse appetenda et secianda; ac tandem, cum mens per consuetudinem peccandi est exceata, judicat haec ipsa vix esse peccata, esseque licita.

Tota hujus loci elegancia consistit in paronomasia et antithesis verbi ἀδεξαντία, et epitheti ἀδεκανος, q. d. Quia reprobarunt Dei notitiam et cultum, hinc traditi sunt in reprobat et perversam mentem: ἀδεκανος ergo significat eos non expertes fuisse iudicij, ut vertit Beza (hoc enim minus est malum, et sepe naturale), sed pravo, distorto et perverso fuisse iudicij, quo sceleris infanda judicabant esse licita et honesta.

Vera. 29. *Vita que  
necessaria  
est idola-  
tria shareas.*

29. REPLETOS (id est, ut replentur) pendit enim τοις ρεπλεσις a verbo *τραχιδις*, q. d. Hoc ipso, quo tradidit eos Deus in reprobum sensum, factum est ut replentur, tuerinturque (repleti) OMNIS INQUITATE, DOLO ET MALIGNITATE. — *PRO malignitate*, græco est κακοθεια, quod, ait Aristoteles, vitium est, quo omnia in deteriore partem accipiuntur: *allī morum asperitatem* verbum; sed hanc significat vox *incompositi*, quae sequitur. *Syrus fraudem* verit.

Vera. 30. 30. DEO ODIBILES. — *ἀρνητές*, id est Deo odibiles, vel Dei osores, a quibus Deus abhorret, vel qui exacterunt Deum. S. Cyprianus, epist. 68, legit Deo abhorrentes, τρυπαι enim abhorrente significat; unde Styx, palus inferni, ita dicta est ab horrore.

ELATOS. — *ἀναρχόντες*, id est gloriosos et jactabundos.

31. INCOMPOSITOS. — *ἀναρχόντες*, id est inciviles, barbari moribus, ab omni societate et conversatione honesta alienos, turbulentos, qui non possunt in civitate aut familia cum aliis componi. Ita ex Demostheni *Suicias*. *Ecumenius* verit, *separantes ab omniis*, id est omnes odio prosequentes et adversantes.

SINE AFFECTIONE. — *ἀναρχόντες*, id est inhumani, qui neminem, amint! Theophylactus, *Ecumenius* et *Syrus*, amant, nec habent amicum. Sic in India versus Peru, Indi quidam sumi Uri nuncupati, qui ita fugiunt homines, ut rogati qui sint, respondant se non esse homines, sed Uros, ut refert *oculatus* testis Josephus Acosta, lib. II *De Novo orbis*. Talis erat ille, de quo Satyrius, « nec amat, nec amat ab ullo. » *Rursum* *ἀναρχόντες*, verti po-

test, sine pietate, hoc est impios in parentes et cognatos.

ABSQUE FOEDERE, — id est foedifragos. Densat hic Apostolus synanthrosum, per rerum congeriem, ut ostendat quantum malum sit Dei ignorantia et neglectus, atque in quo quantaque sclera Gentiles per hunc Dei neglectum incidentur.

SINE MISERICORDIA, — id est immisericordes et crudeli, qui hebr. vocantur οὐτὶν αζαρί. *Syrus* verit, cum quibus nullum est fedus, nulla charitas, nulla pax, nulla denique misericordia in eis. Hi ergo sunt fructus idolatriæ, infidelitatis et pari haresis.

32. QUI CUM JUSTITIAM DEI COGNOSSET, NON INTELLEXERUNT (mouerunt intelligere, considerare, et practicas sibi persuadere), QUONIAM QUI TALIA AGUNT, DIGNI SUNT MORTE: ET NON SOLUM QUI EA FACIUNT, SED ETIAM QUI CONSENTIENT FACIENTIBUS. — *Kennadius, Valla, Erasmus et Faber* hic volunt coruptum esse nostrum textum, quia Græca sic habent: ἀντετοῦνται δεσμιγραφα τοις θεοῖς ἀντρόνται ὅτι τοις αὐτοῖς μετάποντας, εἶτα διατάξονται τοῖς πράξισιν, id est, qui cum justitiam Dei cognovissent, videlicet, quos qui talia agunt digni sunt morte, non solum ea faciunt, sed etiam facientibus consentient. Hoc enim consentient magis et peius est, quam facere. Fit enim ex malitia, cum facere sepe ex mera infirmitate promonet. Ita quoque legunt et explicant Chrysostomus, Theophylactus et *Ecumenius*. Verum variare et olim varillas exemplaria Græca patet ex *Oecumenio*, Origeni et quibusdam manuscripts. Rursum nostro interpreti per omnia consentient Ambrosius, Sedulius, Haymo, Anselmus, Hesychius, lib. VI in *Levit. xx*; Symmachus *Papa*, in *Apolog. contra Anastasium Imper.*, et S. Cyprianus, lib. I, epist. 4. Denique nostra lectio planior et facili... est intellectus, ideoque verisimilior. Videtur enim Apostolus hic taxare philosophos sapientiores, qui idolorum cultum, aliaque vita jam dicta, hoc mala esse scirent, nec passim ea facerent et perpetrarent, illa tamen ab aliis facta probarunt, vel dissimularunt, sive metu legum, sive amore suis placendi et timore eisdem dispendi. Vide dicta vera. 23.

*Textus  
bie incor-  
rectos  
improba-  
biliter  
dictar a  
Kenne-  
dia.*